



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Davidis Regii Prophetae Psalterivm

Moritz <Hessen, Landgraf>

Smalcaldiae, 1593

VD16 B 3258

Psalmvs XI. In Domino confido, &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

*Tu lacrymas miseri abstergis, pupillus egensq;
Sunt tua cura, Deus.*
*Robora confringas reproborum, nomina stirpis
Perde superba malæ.*
*Tu regnum stabilis, iusso procul ire maligno,
Finibus hoste tuis.*
*Hac sibi certa tenet solatia pressus egenus,
Quod pia vota probas.*
*Non dubitans, quin tu misericors patribus orbis
Iustitiam exhibeas.*
*Impius ut ponenstumefacto in pectore fastus,
Desinat esse minax.*

PSALMVS XI.

In Domino confido, &c.

Axlepiadon **I**N fortis Domino spem posui meam,
Cur vos nunc animæ huic dicitis impii,
Quod mens ceu volucris territa transuoleat
Valles ac scopulos, & iuga montium.
En arcum reprobus tendit, & impius
En neruo iaculum lethiferum admouet,
Ut laedat miseros insidiis suis.
Fundamenta iacent, queis poterant pii

Suffulti

Suffulti reprobos fortius aggredi.
Rebus sed quid agant, quid male perditis?
In sacris Deus est adibus, & sedet
In cœlis, posita est regia splendida
Regnantis Domini fulgido in aethere.
Intentis oculis acta nefaria
Obseruat reprobi, Ionaq; palpebris
Attentis tumidi facta notat mala.
Iustos atq; pios quippe probat Deus.
Ast prauos homines odit, & impios
Pœnis commeritis vltor hic afficit.
Ignitis reprobos obruet imbribus,
Immittet pluvias sulphure, fulgere,
Mixtas, in reprobos: impia grandine
Ingenti Dominus pectora puniet,
Horrendo feriet fulmine perfidos.
Est iustus Dominus, iusticiaq; amans,
Iustis Iona refert præmia splendida.

PSALMVS XII.

Saluum me fac Domine, &c.

P Ræsta opem presso, Deus, & relicto, sapphici
Quippe sanctorum decus est minutum,

Et